

Band XI., Nr. N5669, Seite 526-528

Bischof Eberhard von Konstanz beurkundet die Stiftung des Magisters Eberhard von Horb, wodurch er dem Stift St. Johann zu Konstanz, einen Hof in Mötzingen mit den Kirchen in Mötzingen und Tumlingen zu eigen macht.

Konstanz, 1269. April 16.

E. dei gratia Constantiensis episcopus universis presens scriptum inspicientibus salutem in domino. Circa divini cultus zelo successos^a ita dei clementia pios actus multiplicat, ut non solum voluntatem sed et interdum facultatem ipsis ad perficienda pietatis opera subministret. Sane dilectus noster magister Eber. de Horwe unus de fundatoribus et canonicis collegii ecclesie sancti Johannis Constantiensis divina inspirante gratia ea, que circa prefatam ecclesiam cum aliis pie et laudabiliter incoavit, ad uberiolem cogitans effectum perducere attendens iuxta dictum apostoli¹: qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam, ut pro temporalibus bona reciperet sempiterna, de bonis que idem Eber. una cum fratribus et sororibus suis, curia scilicet in villa Mezzingen prope Nagelt sita cum iure patronatus feudis et aliis omnibus eidem curie attinentibus et de monte sive districtu montis Tungelingen nec non advocatia et iure patronatus ecclesie Tungelingen, nostra interveniente auctoritate legitime comparavit, ita ordinavit de consensu speciali et expresso premissorum fratrum et sororum suarum et coniugum suarum ita disposuit et decrevit, quod proprietas eorundem bonorum ad ecclesiam sancti Johannis prefatam debeat perpetuo pertinere. Ipse vero magister E. fratres ac sorores sui filii seu filie nepotes ac neptes ipsorum usque in infinitum per lineam solummodo descendentem naturales simul et legitimi, quamdiu talium aliquis esset superstes, eadem bona pro annuo censu duorum solidorum Tuwingensium, cuiuscunque etatis sive condicionis sint, sine onere recipiendi eadem bona ab ecclesia prefata et etiam sine onere mortuorum que vulgo velle dicuntur immo etiam sine omni onere preter onus census predicti prefate ecclesie sancti Johannis singulis annis in festo beati Johannis Baptiste persolvendi libere perpetuo possidebunt. Et si dicti possessores solutionem census prefati neglexerint etiam per quantumcunque tempus, non tamen propter hoc sunt de bonis huiusmodi expellendi vel circa bona ipsa aliquatenus molestandi, sed solummodo agi debeat contra ipsos possessores ad

^aSic.

¹2. Cor. 9, 6.

II

censum neglectum integraliter exigendum. Nomina autem fratrum predicti magistri E. sunt: H., Burchardus rector ecclesie in Tungelingen et Dietricus civis ville in Horwe, sororum etiam suarum nomina sunt Berchta uxor Volmari Grynarii civis ville prefate Horwe et Iudenta uxor Eber. dicti Durren de Witingen. Qualitercunque autem isti bona prefata post mortem dicti magistri Eber. vel etiam ipso vivente dummodo de assensu suo inter se dividunt, post mortem ipsorum ad nullam personam aliam quam ad illas que ab ipsis descenderunt vel adhuc descendunt bona prehabita devolventur, ut verbi gratia cum iam Dietricus prefatus non nisi unam habeat filiam et Iudenta predicta similiter nisi unam, mortuis prefato magistro Eber. et fratribus seu sororibus ipsius prefate filie ipsis in bonis prefatis succedent, si alios vel filios vel filias vel nepotes vel neptes deinceps non habebunt. Altera autem illarum filiarum sine filiis nepotibus vel neptibus per lineam descendentem procreatis defuncta altera ipsi vel eius filii vel filie deinceps succedent, ita scilicet quod nullus alius quantacunque consanguinitate ipsi vicinus in bonis prefatis ipsis succedere debeat, nisi qui a prefatis fratribus et sororibus ipsius magistri Eber. descenderit. Hiis vero deficientibus bona prefata ad ecclesiam sancti Johannis predictam pleno iure libere devolvuntur. Voluit enim predictus magister E. et pie statuit, ut bona prefata perpetuo apud prefatas personas permaneant, nisi devolvantur ad ipsam ecclesiam^b sicut superius est expressum, nec ullo etiam alienationis gratuito vel non gratuito titulo ad alias personas etiam de consensu . . . prepositi et capituli prefate ecclesie statuit predicta bona posse transferri. Sed si aliqua de personis prenotatis bona ipsa vel etiam partem bonorum ipsorum sine assensu . . . prepositi et capituli premissorum fortassis sponte alienaverit, alienatione huiusmodi irrita habita bona ipsa pro parte taliter alienata ad ipsam ecclesiam devolvuntur. Et si forte persone prehabite per coactionem vel violentiam bonorum ipsorum possessionem amittent, ipsi . . . prepositus et capitulum ad recuperanda bona prehabita laborabunt et ipsis recuperatis personis prefatis restituant modo prehabito possidenda. Nec debent etiam . . . prepositus et capitulum prefati predictorum bonorum alienationi alicui consentire, quia si consenserint alicui alienationi vel forte si ad ipsos bona ipsa devolvi contigerit, ipsi ea alienaverint, ad ecclesiam nostram katedralem scilicet totum ius quod habebant dicti . . . prepositus et capitulum in dictis bonis totaliter devolvetur. Hiis itaque totaliter pie ac iuste statutis assensum nostrum adhibentes et ipsa in nomine domini nostri Jesu Christi confirmantes in ipsorum firmum robur et indubitatum testimonium presentes litteras sigillo nostro et capituli sancti Johannis nec non prefati magistri Eber. fecimus consignari.

 Datum Constantie, XVI. kalendas Maii, anno domini MCCLXIX., indictione XII. Fratres vero et sorores

^bHier ist *devolvantur* wiederholt.

III

predicti magistri Eber. hiis sigillis sunt contenti in testimonium premissorum,
quia propria non habebant.

—

Nach einer undatierten Kopie des in Karlsruhe befindlichen Konstanzer Offizials auf Pergament, zugleich mit Auftrag an den Kustos von St. Johann, Mag. H., die Angelegenheit zu untersuchen, d. d. VIII. kal. Sept., indictione IX.

 Bei dem genannten Kustos handelt es sich wohl um Magister Heinrich von St. Gallen (1313–1340), vgl. KONRAD BEYERLE: Die Geschichte des Chorstifts und der Pfarrei St. Johann zu Konstanz, Freiburg i.Br. 1908, Bd. 1, S. 421. Über die Urkunde ebd., S. 101 ff.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Überlieferung und Textkritik:

Undatierte Kopie des Konstanzer Offizials.

Literatur:

Beyerle: Geschichte St. Johann, Bd. 1, S. 101 ff.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)
 Horb am Neckar, FDS
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Mötzingen Wohnplatz (175)
 Mötzingen, BB
 Nagold Wohnplatz (6854)
 Nagold, CW
 Tumlingen Wohnplatz (7633)
 Tumlingen, Waldachtal, FDS
 Weitingen Wohnplatz (7408)
 Weitingen, Eutingen im Gäu, FDS